UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

D Ante O

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

Diuinus a.um. quod eſt dei: vel quod ad deũ pertinet: vt opus diuinũ/res diuinę: quę vt Aug⁹ li.j. Acad. inquit: dicũtur per quas hm̃oi diuinatio ipſa cõtingit. Hinc diuinitas/ſicut a deo deitas.

Diuinit⁹ aduerbiũ: ſignificat a diuinis ſiue a deo: ſicut humanit⁹ ab humanis rẽ demõſtrat. Diuinę ꝟo ⁊ humanę: ad deoꝝ atq; hoim ſimilitudinẽ.

Diuinipotẽs: q̃ in diuinis poteſtatẽ habet. Apul. Saga ⁊ diuinipotens cęlũ deponere.

Diuino as. penult. ꝓducta: nõ tm̃ de pręterito dicitur/ſed etiam de pręſenti pro verũ dico. Unde prouerbium: aiunt diuinare ſapientẽ: quia qui dicit verum de his/diuinus eſt. Teren. in Hecy. Plane hic diuinat. Nã id eſt. Plerũq; tñ diuinare eſt augurari: a quo diuinatio: ꝓuidentia futuroꝝ: quę qñq; etiã dicit̃ iudiciũ. Nam cum de cõſtituendo accuſatore quęrit̃ iudiciũ quod ſuper ea re redditur cuinam potiſſimum ex duobus pluri buſve accuſatio in reum permittatur: ea res diuinatio appellatur. Et vt ait Caius Baſſus id iudiciũ diuinatio appellatur: qm̃ diuinare iudicem quodammodo oporteat/quã ſententiã ſeſe ferre par ſit. Alij diuinationem appellatam eſſe putant: qm̃ cũ accuſator et reus duę res quaſi cognatę coniunctęq; ſint: neq; vna ſine altera cõſtare poſſit. In hoc tamen cauſę genere reus quidẽ iam eſt: ſed accuſator nondũ eſt: et ideo diuinatione ſupplendum eſt quinam accuſator futurus ſit. Ita Ciceronis prima verrinarũ diuinatio inſcribit̃: quia nõ de facto/ſed de futuro quęritur: quę eſt diuinatio/vter debeat accuſare. Cicero in Cecilius. Alij putant diuinationẽ dici/ꝙ res agatur ſine teſtibus et ſine tabulis: et his remotis argumenta leuia ſequantur: ⁊ iudices quaſi diuinent. Huius cõpoſitũ eſt pręduino: quod Pli. poſuit ꝓ p̃ſentio/cum ait lib. x. Tum vniuerſę prouolant ſi dies mitis futurus eſt. Prędiuinant eñ ventos imbreſq;: et tũc ſe cõtinent tectis.

Diu aduerbiũ ꝓ die. A quo fit Interdiu. Plaut. Nec noctu nec diu quietus. Interdũ ſignificat longo tp̃e. Unde fit diutius: lõgiori tẽpore.

Diutiſſime: lõgiſſimo tp̃e. Tãdiu: tanto tp̃e: q̃diu quãto tp̃e. Iãdiu: olim.

Diutile pe. cor. aduerbiũ diminutiuũ: ſignificat aliq; diu. Gel. Cũ diutile tacitus cogitando fuiſſem.

Diutinus a.um. pe. cor. lõgus ſeu cõtinuus. Ci. Libertatis deſiderio/tędi oq; diutinę ſeruitutis.

Diuturnus a.um. idem quod diutinus: a diu deriuatũ. Cice. Diuturni ſilentij.

Diurnus a.um. a die fit: ſicut nocturnus a noctu. Unde ⁊ diurni dicuntur libri in quibus ſcribuntur geſta ſinguloꝝ dierũ: vulgo iornales dicuntur. Iuue. Lõgi relegit tranſacta diurni. Al's diurnũ accipit̃ ꝓ victu atq; mercede vnius diei. Seneca. Diurnũ accipit: in cẽticulo dormit. Idẽ lib. ij. contro. Cõſors mõdis fortunę diurnũ petã.

Diurno as. diu viuo: ſicut perenno as.

D Ante O

Do das/dedi datum. Cuius compoſita ſi ſint ex monoſyllabis prępoſitionibus/ſunt tertię coniugationis: ⁊ pręteritũ geminant: vt reddo dis. reddidi: perdo dis. perdidi. Excipitur ſedo as. aui. ex ſe ⁊ do. Et dicit̃ verbũ datiuũ: qm̃ vltra accuſatiuũ poſtulat datiuum: et quicq; dare ſedulo reperitur. Et ita datiuo delectatur: vt quãdoq; duos datiuos exigat pro adſcribere ſeu imputare: q̃q; alter eorum non ſemper ponatur/ſed ſubintelligit̃. Cicero libro. ij. offici. Ne Marco quidẽ Seio vitio datũ ꝙ in charitate annonę aſſe modiũ dedit populo. Teren. vnum tm̃ expreſſit. Nunc quam rem vitio dant quęſo animaduertite: ſubintelligit̃ poetę. Plaut⁹ in Amphi. Nunc tibi hanc paterã: quę dono mihi ob virtutẽ: data eſt alcmena tibi dono. Hic dono/vtrũ caſus datiui an ablatiui ſit dubium videtur. Utroq; mõ ſumi poſſe cenſeo. In datiuo pro dedico capitur. Si autẽ ablatiuũ eſſe velimus: vt dono ſit quaſi nomine doni: tunc do a ꝓpria ſignificatione nõ recedit. In qua Plautus tamen ipſi verbo accuſatiuũ vltra accuſatiuũ ſine prępoſitione dedit: ſed appoſitiue. Sic. Eſt ager ſub vrbe. Hic vobis eũ dabo dotẽ ſorori: id eſt vt ſit dos: vel nomine dotis/vel ꝓ dote. Aliquando vltra datiuũ ponit̃ accuſatiu⁹ cum ad Ci. Cornifi. Litteras ad te nunq; habui cui darem/quin dederim. Idẽ ad Q. Fratrẽ. Oculos autẽ natura nobis vt equo et leoni ſetas et caudam et aures ad motus animoꝝ declarãdos dedit. Aliquando pręter datiuũ ponit̃ accuſatiuus: cũ in Teren. in Phor. Dic quid velis dari tibi in manũ/vt herus his deſiſtat litibus. Nõnunq; accuſatiuus ponit̃ cũ ad/⁊ datiuus remouet̃. Cice. lib. ij. Phil. Ad ſepulturã corpus vitrici ſui negat a me datum. Interdũ ipſe actũs cũ in ponitur. Plaut⁹ in Cap. Hoc ſi faxis dabo in caueã. Cice. Terentię. In viã qđ te des hoc tẽpore nihil eſt: id eſt ponas ſeu inducas. Quandoq; regit ablatiuũ cum prępoſitione poſt datiuũ: vt fit quãdo damus ꝑ aliquẽ aliquid alicui ab aliquo. Plau. in Cap. Seqitere me viaticũ/vt dem a trapęzita tibi eadẽ opera a prętore ſumas ſingraphũ. Quandoq; nõ per ablatiuũ ſed per accuſatiuũ cũ per. Col. lib. ix. Aſcẽſus deinde quibus ad tabulata per vtrãq; cellam datur. Sepius tamen poſt accuſatiuũ datiuũ regit: et hoc varijs actibus applicari ſolet. Plau. in Epi. Si equũ ſit me plus ſapere q̃ vos: dederim vobis cõſiliũ cautũ quod laudetis. In Cur. Nunc rei diuinę operam dabo. In Mer. Me torico morti dabo. In Cap. Do tibi operam ſi quid eſt quod me velis. Gel. Cretenſes quoq; pręlia ingredi ſolitos/memorię datũ eſt. Capitur etiã ſicut vendo: vt ꝙ in caritate annonę aſſe modium populo dederit. Item dare eſt offerre/obijcere. Terenti⁹ in Ecy. Profecto hoc ſic eſt vt puto omnibus nobis: vt res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus. Itẽ accipere. Idem in eadem. Dabo iuſiurãdũ nihil eſſe iſtorum tibi. Item inferre: inducere. Virgili⁹. Magnã dabit ille ruinã Arboribus. Itẽ promittere. Teren. in Ecy. Si mihi fidem das te tacituram dicã. Itẽ permittere: vt apud apoſtolũ ad Romanos. Dedit illis deus ſpiritũ cõpunctionis: id eſt permiſit vt haberent ſpiritũ cõpunctionis. Itẽ dicere. Terẽ. i Heau. Nunc q̃obrem has partes didicerim/paucis dabo. Itẽ obtemperare. Idẽ in Adel. Da te mihi: id ẽ accõmoda te meę voluntati. Itẽ proſtituere. Mar. Caſta igitur nulla eſt: caſtę ſunt mille: quid ergo caſta facit: nõ dat nõ tamen ille negat. Item facere. Teren. in Adel. O eſchine pol haud paternũ iſtuc dediſti. Item concitare: vt apud eundẽ in Eu. Ludum iocumq; dices fuiſſe illum alterũ prout huius rabies q̃ dabit. Dare pęnas eſt ſuſtinere. Lactan. lib. vij. Sed tamen docent nos ſanctę litterę: quemadmodum pęnas impij ſunt daturi. Dare veniã eſt cõcedere quod petitur. Teren. Da veniam quęſo filio tuo. Cice. de ora. Dabis hanc veniã mi frater. Dare operã: eſt adiuuare/inſeruire. Teren. in Phor. Nos operã dabamus phedrię. Dare poteſtatẽ: eſt rẽ in alterius arbitrio permittere. Pli. Ut qui ſuarũ omniũ rerum poteſtatem auunculo dederat. Dare fidem: eſt aliquid ſancte ꝓmittere. Dare in manũ: ſignificat ſeparatim et ſine arbitro aut interprete: vt cũ p̃uaricator aut iudex corruptus accipit pecuniã. Do me in diſciplinã: ſignificat do operã diſciplinę. Ambro. Sed relictis omib⁹ in diſciplinã ſe ꝓphéticã daret. Datũ eſt: id eſt fato decretoq; conceſſum eſt: vt Nõ dabitur regnis

eſto ꝓhibere latinis. Huius verba cōpoſita ſunt Ab
do/addo/condo/circundo/credo/dedo/ędo/indo/ob
do/perdo/prodo/prędo. A quo et Prędor paſſiuū:
de quo alibi. Reddo/ſubdo/ſedo/ſatiſdo/ peſſundo/
venundo/trado ⁊ mando.

Doceo ces. cui. doctū: cuiuſcunqꝫ rei cognitionem do:
cōſtruiturqꝫ cū duobus accuſatiuis: vt Doceo te lit/
teras. Aliquando cum vno tm̄: licet alius poſſet in/
telligi. Aliquando precium exprimit̄ in ablatiuo vel
genitiuo. Cice. li. ij. Phi. Jam inuideo magiſtro tuo
qui te tanta mercede quanta iam ꝓferā/ nihil ſapere
docuit. Juue. Tenta Griſogonus quāti doceat/vel
pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo. Cice. Peto.
Socratem fidibus docuit. Uirg⁊. lib. iiij. Paucis ad
uerte docebo. Aliqñ cū ablatiuo cū de. Salu. in Ju/
gur. Tametſi legatos miſerat qui ſenatū de cede fra
tris de fortunis edocerēt. Aliqñ abſolute. Uirg. Do
cuit poſt exitus ingens. Ponit̄ etiā docere ꝓ mone/
re: qđ quidā barbare dicūt aduiſare. Cic. Apio Pul.
Ne litteras quidē vllas accepi que me docerēt quid
ageres/aut vbi te viſurus eſſem. Huius compoſita
ſunt Addoceo/dedoceo/edoceo/perdoceo: quę am/
bo ſignificant perfecte doceo. Saluſt. Cicero per le/
gatos cuncta edoctus. Plaut⁹ in ſti. Nam illa omēs
artes perdocet. Prędoceo: prius doceo. Saluſti⁹ in
Jug. Cęterū illi qui centurijs prę̄erant: prędocti a du
ce arma ornatumqꝫ mutauerāt. Subdoceo: loco ali/
cuius doceo. Aug⁹ lib. viij. Cōfeſſ. Nebridius ami/
citię noſtrę ceſſerat: vt omniū noſtrū familiariſſimo
Uerecundo mediolanēſi/⁊ ciui ⁊ grāmatico ſubdo/
ceret vehementer deſideranti.

Doctus dicitur qui rationem rei tm̄ tenet. Peritus: q̃
cum ratione experientiam ⁊ cōſuetudinē tenet: απο
της πειρασ: id eſt experientia. Itaqꝫ minus eſt do/
ctus q̃ peritus. Cice. in Saluſt. Satis docte atqꝫ pe
rite feciſti. Idē lib. iij. offi. Itaqꝫ cum ſint docti a pe/
ritis: deſciſcunt facile a ſentētia. Maiorē tamen vim
habet doctus q̃ eruditus. Idē lib. j. offi. Nec ſolum
viui ac prę̄ſentes ſtudioſos diſcendi erudiūt atqꝫ do
cent: ſed hoc idē etiam poſt mortē monumentis litte
rarum aſſequuntur. Nec mirū eſt ꝙ minus ſit erudi
tus q̃ doctus: quoniā rudis et eruditus ꝯtraria ſūt.
Pli. Sedere cępit ſentētia hęc: pariterqꝫ ⁊ eruditum
vulgus ⁊ rude in eā curſu vadit. Quint⁊. li. j. A pe/
dagogis exigat vt ſint eruditi/quo adoleſcētes erudi
re queant: aut ſe nō eruditos eſſe ſciant: ne mala pro
bonis illos imbuant litterarꝫ eruditione: eos inſuper
redarguēs/ꝙ cedere p̄cipiendi peritis indignant̄: vt
animaduertat̄ ſi pedagogos decet eſſe eruditos: ꝓ/
fecto p̄cęptores par eſt/nō ſolū eruditos/ſed doctos
atqꝫ peritos eſſe debere. Doctus cū quo cōponitur
indoctus: nomē eſt: tametſi participiū eſſe poſſit: ſed
tamē ablatiuū regit. Cice. lib. ij. offi. Nec me angori/
bus dedi quibus eſſem confectus/niſi reſtitiſſem: nec
rurſū indignis docto homine voluptatib⁹. Idē Cor
nifi. Sed ꝓ̄rime ſcripſi de optimo genere dicendi: in
quo ſepe ſuſpicatus ſum te a iudicio noſtro: ſicut do/
ctum hominē a nō indocto paulum diſſidere. Semi/
doctus ſimiliter ⁊ participium ⁊ nomen eſſe poteſt.
Plaut⁹ in Aſi. Tua iſta culpa eſt quę diſcipulū ſemi
doctū abs te amoues.

Docilis penul. corre. qui attente vult audire: inquit Ci
ce. lib. j. ad Heren. Uel docilis: qui facile docet̄. La
ctan. de opi. Nam ſi te i litteris nihil aliud q̃ linguā
inſtruentibus auditorē ſatis ſtrennuū prębuiſti: quā/
to magis in his veris ⁊ ad vitā pertinētibus docili/
or eſſe debebis. Uarro li. j. de re ruſt. Caſſius ſcribit
hęc oparios parandos eſſe qui laborē ferre poſſint:
ne minores annorum vigintiduorum ⁊ ad agricultu/
ram dociles. Hinc docilitas: aptitudo qua quis faci
le docet̄. Pli. lib. viij. de elēphātis. Nā quo ad doci/
litatē attinet: regē adorant.

Docilis: qui idoneus eſt vt doceatur: vt lib. iij. Regū.
Dabis igitur cor docile ſeruo tuo: vt iudicare poſſit
ꝑplm tuū. Hiero. Ingeniū docile ⁊ ſine doctore doci
bile eſt. Laurē. Ual. cōtra Priſ. ita diſſerit. Docilis
q̃ facile docet̄: ⁊ qui natura aptus ē doceri. Sic Cy/
prianus. Docibilis eſt q̃ ē ad diſcēdi patientiā lenis
⁊ mitis. Aug⁹. Oēs regni illius hoīes docibiles dei
erunt: nō ab hominibus audient.

Doctrina dicit̄ vt a doctore ꝓficiſcit̄: diſciplina vt a di
ſcipulo cōprehenditur.

Documentū a prę̄terito docui fit: ſicut a monui moni
mentū. Et eſt id qđ nos docet/ſiue ex quo quid doce/
mur. Salu. Quarū rex ego maxime hęc documenta
habeo/ꝙ in bello ſępius vindicatū eſt in eos q̃ cōtra
imperiū in hoſtē pugnauerant.

Docus: latine tignū vel trabes. Plini⁹ lib. ij. Trabes
ignee quas docos vocant.

Dodona pe. ꝓd. ciuitas Epiri: iuxta quam ꝓpinquum
erat nemus ioui ſacrū: vbi quercus vocales fuiſſe di
cunt. Hinc dodone⁹ a. um. Uirg⁊. li. iij. Stipatqꝫ ca/
rinis Ingēs argentū dodoneoſqꝫ lebetas.

Dodrans dicitur dempto quadrante ex vncia nouem
partes aſſis.

Dogma atis. et Dogmatum greci dicunt. Δπκεῶ τό
οιωεσʃι ο θευ Δογματα ερχεται: noſtri mō de/
cretum: modo ſcitum: mō placitum appellant. Sūt
enim dogmata vniuſcuiuſqꝫ ſectę decreta: quę vt in/
quit Cice. prodere ſcelus eſt nō minus q̃ patriam: ſi/
ne quibus nec ſectę philoſophorum/nec religionum
vires conſtare poſſunt. Unde Laertius ait ſectam
eam nō appellari/quę dogmata non habet. Scribit
Aug⁹ lib. de ciui. dei: ſe ex Uarronis philoſophia col
legiſſe dogmata fuiſſe ſolo habitu int̄ ſe diuerſa. Uñ
etiam dogmata illa dicunt̄ quę ſynodus ſanctorum
ſciuit/et Athanaſius cōſcripſit. Artes quoqꝫ libera/
les habent decreta ſua/nō tm̄ prę̄cepta/ſicut Medi/
cina. Itaqꝫ eſt alia Hippocratis ſecta: alia Aſclepia/
dis: alia Themiſonis. Pręterea nulla ars cōtempla
tiua ſine decretis ſuis eſt. Pli. frequenter placita ap
pellat: vt illud ex lib. ij. Babyloniorꝫ placita mot⁹ ter
re/hiatuſqꝫ/⁊ cętera oīa vi ſiderum exiſtimāt fieri.
Idē magorꝫ placita appellat.

Dogmatiſtes: qui alicuius dogma ſequitur. Hierony/
mus. Nunc vero cum interpres magis Apoſtoli fue/
rim q̃ dogmatiſtes.

Dolo as. aſcia cedo/vel dolabra ſeu falce. Prope. Sti
pes aceruus eram ꝓperanti falce dolatus. Dicitur
et Dolio is. iui. itum. Uar. i Aga. Nuncqꝫ celatus in
manu dextra ſcyphus celo dolitus artem oſtētat mē
toris. Huius verbi compoſita ſunt Dedolo ⁊ Edo/
lo: de quibus in locis ſuis.

Dolabra penul. cor. inſtrumentū fabrorum quo ligna
dolant. Col. lib. iij. Quę falce amputari nō poſſunt:
acuta dolabra abradito.

Dolobella diminutiuū a dolabra. Idē lib. v. Semper
circa crus dolobella dimouēda eſt terra.

Dolabro as. aſcia vel dolabra diminuo.

Dolor eſt animi vel corpis cruciatus: a dolādo. i. minu
endo. Augent̄ enī corpa lętitia: dolore minuunt̄.

Dolentia: idem quod dolor: cuius contrariū eſt indolē
tia. Cice. Ut qui rem expetendā/ vel voluptate vl in/
dolentia metiuntur.

Doloro as. dolore afficio.

Dolorificus a. um. quod dolorē facit.

Doleo es. dolui itum. vnde doliturus. Auguſti. libro
xxj. de ciui. dei. Quēadmodū dicimus hominū cor/
pora viua futura quę ſemp arſura atqꝫ dolitura: nec
tamen aliqñ ſint moritura. Hoc verbū ſi ad corpus

referatur neutrum/acquiſitiuũ eſt: vt oculi dolent vi/
ro tuo. Sin de rebus alienis/effectiuũ eſt: vt Doleo
tuis rebus aduerſis. Aliquãdo etiam cũ accuſatiuo:
vt Doleo tuã miſeriã. Saluſ. Quaſi dolens eius ca/
ſum. Huius cõpoſita ſunt: Cõdoleo: qđ eſt ſimul vel
in totũ doleo. Plau. in Tru. Date iã ſoleas/ atq; in/
tro me ducite actutũ: nã mihi devento miſere cõdolu
it caput. Dedoleo: de quo alibi.

Dolus: a delendo/vel a dolando: id eſt lędendo et mi/
nuendo. Nam et gręce Δολασ lęſio dicitur: et acci
pitur pro fraude et machinatione: quę fit ad fallendũ
aliquẽ. Veteres tamen etiam in bonã partẽ accipie/
bant ꝓ ſolertia et calliditate/quę aduerſus hoſtes ad
hibetur. Unde nũc dolũ malũ dicimus: quoniam et
bonus dolus dicebatur. Hinc doloſus ꝓ inuidioſo.
Subdol⁹: occultus deceptor: a ſub: id eſt ſubtus. Do
lus etiã ꝓpriũ nomen fuit auctoris Mendeſij: Cuius
meminit Col. lib. viij.

Dolon: nomen ꝓprium viri troiani/ egregia pedũ per/
nicitate prędit.

Dolones: a fallendo dicti ſunt: ingentes cõti ferro bre
uiſſimo/ꝙ decipiant cum ſpeciem pręferant ligni: in/
tus autem ferrum acutũ habeant. Uirgilius lib. vij.
Seuoſq; gerunt in bella dolones. Ubi Seruius ait
dolonẽ flagellũ eſſe: intra cuius virgã lateat pugio.
Apud Liuiũ accipi videtur dolones ꝓ armamentis
naualib⁹/vbi ſcribitur. Sublatis raptim dolonibus
Epheſum petit fuga. Suidas tamen Δολωνεσ τα/
μικραιστι αχαλασ αρτεσ τα μεγαλα αρμο
να τοισ μικροισ αλλο λωνεσκα λουσιν
επεσ θαι και αυθισ δολωνησ προβαλομε
νοσ του παρτοσ στολου ναυσ ο λιγασ ταυ
ταισ τουσ δολωνασ επαραμενοσ επλει οι/
δε ρωμαιοι πλησι ουγενο μενοι καθειλον
τουσ δολωνασ.

Dolia ſunt vaſa grandia quibus vinũ reconditur. Te/
rentius. Repleui oĩa dolia/oĩes ſerias. Ueteres
dolia fictilia in cellis vinarijs ſeruabant. Quę ſi du/
as aures habuiſſent/diotę dicebantur. Iuriſconſulti
ſcribunt vino legato: cũ vaſis dolia legata nõ ſunt: q2
ſcʒ ea mẽte vinũ in dolia cõdim⁹: vt ex his poſtea in
amphoras vel cados diffundamus. Et hoc eſt vinuʒ
quod diffuſũ nominatꝛ. Iuue. Ille capillato diffuſum
conſule potat.

Doliola: dimi. a dolijs. Uñ et locus in vrbe fuit ſic vo/
catus: q2 inuadentibus gallis ſenonibus ſacra roma
noꝝ in eodẽ loco doliolis cõdita: illic defoſſa fuerũt
a flamine quirinali: ſicut Liu. lib. v. ſcribit.

Doliaris ⁊ hoc doliare: qđ ad dolia ꝑtinet. Uñ Plau.
in pſeu. feſtiuiter appellat anũ ventroſã doliarẽ.

Dolopes pe. cor. ꝑpli Theſſalię: vt oſtẽdit Lu. Pli. ꝓ
ſcribit eſſe populos Etolię.

Doma atis. tectũ ελληνεστι γαρ τοιαυτα λεγε/
ται και νομοσ και το δωματοσ. Nam (vt in/
quit Hieronym⁹) in Egypto et in Palęſtina vbi vel
ſcripti diuini libri vel interpretati ſunt: nõ habent in
tectis culmina ſed domata: quę Romę vel ſolaria vł
mediana vocantur: id eſt plana tecta quę tranſuerſis
trabibus ſuſtentãtur. Deniq; et Petrus in Actibus
apoſtoloꝝ: quando aſcendit in doma: in tectũ ędificij
aſcendiſſe credendus eſt. Et quando pręcipitꝛ nobis/
vt faciamus domati noſtro coronã: hoc pręcipitꝛ vt i
tecto faciamus ꝑ circũitũ quaſdã eminentias/ne faci
lis in pręceps ſit lapſus. Et in euãgelio. Quę audiſtꝭ
in aure/dicite ſuꝑ domata.

Domus: proprie ędificium ad habitanduʒ factũ: quod
ex tecto et parietibſts cõſtat: ο δομοσ ελλαρικα
λεξισ εστι. Improprie ꝓ quocũq; habitaculo. Un/
de et tẽpla et auiũ nidi/ domus dicuntur. Uirgilius
lib. vj. Oſtia iamq; domus patuere ingentia centum
Spõte ſua. Idẽ. Antiquaſq; domos auiũ cum ſtirpi
bus imis Eruit. Aliquando domus dicitur familia.
Idẽ li. v. Sergeſtuſq; domus tenet a quo Sergia no
men. Aliquando ſumitur pro vna tota gente. Idem.
Cũ domus aſſarici: volẽs intelligi romanos: qui de
Aſſarico ꝑ Troianos originẽ ducunt. Et in ſacris lit
teris: domus Iacob dicitur iã ingens hebręorũ po/
pulus. Aliqñ ꝓ patria: vt Da propriã tymbręe do/
mũ: da męnia feſſis. Et ſciendũ ꝙ domus facit geni/
tiuũ domus et domi. Datiuũ domui. Accuſatiuũ do
mũ. Uocatiuũ domus. Ablatiuũ domo. Sed cũ di/
cimus domi: locũ ſignificamus in quo q̇s manet. Cũ
ꝓo domus: tunc ędificiũ quod ex tecto et parietibus
cõſtat: vt Domi maneo/nõ domus. Et Partẽ dom⁹
demolitus ſũ/nõ domi. Et Superiora domus aſcen
di/nõ domi. Domi ⁊ in domo idẽ ſignificat. Quintꝭ.
In domo furtuʒ factũ ab eo qui domi fuit. Dicimus
etiã: Reuertor domũ et ad domũ. Exeo domo vel e
domo. Et quoniã frequẽter iungitꝛ cũ his ꝓnominib⁹
mea/tua/ſua/noſtra ⁊ veſtra/⁊ vni nomini aliẽa. Nõ
eſt dicendũ ꝙ domus ſit aduerbiũ: vt erã domi meę.
Tu eras domi tuę: et ſic de cęteris. Cice. Qui cũ iſta
ętate et forma alienę domi nolo dicere: ꝙ ſi nõ pona/
tur/hęc ꝓnomina ſubintelligũtur: vt domi ero: id eſt
meę. Hui⁹ nominis diminutiua ſunt. Domuſcula/do
muncula ⁊ domuncio. Apul. Iã deniq; nec larẽ req̇/
ro: nec domuncionẽ paro.

Domeſticus a. um. quod ad domũ ꝑtinet: vt domeſti/
ca negocia. Aliqñ domeſticus dicitꝛ mãſuet⁹ ac mitꝭ.
Pli. Mite aial atq; domeſticũ. Hi domeſtici dicun
tur. qui ex eadẽ domo ſunt/⁊ nobiſcũ habitant.

Domeſticatim aduerbiũ: ſignificat ꝑ varias domos/ſi
ue ꝑ domeſticos. Sue. i Cęſare. Quoꝝ vt q̄ maxime
expectatio eſſet ea q̄ ad epulũ ꝑtinerẽt: q̄uis macel/
larijs oblocata eſſet domeſticatim apparabat.

Domiciliũ: habitatio lõgi tẽporis. Unde mutare do/
miciliũ dicuntꝛ/qui migrant vt aliã vrbẽ habitẽt/ tan/
q̄ illius ciues futuri. Nã qui ad tẽpus habitat mox
inde diſceſſurus: domũ quidẽ poteſt habere quã cõ/
duxit: domiciliũ autẽ nõ habet. Gel. Qui domiciliũ i
Italia nõ haberet.

Domo as. domui itũ. vel domaui atũ. Unde domitor
et domator. Ouiđ. de triſt. Quid tibi de tetrico refe
rã domitore chymerę. Tibul. Te duce nõ alias ꝯuer
ſus terga domator. Nã vt docet Priſc. Uerba ꝓme
cõiugatiõis formantia ꝑteritũ in ui diuiſas: antiq̇ ter
tia declinatione declinare ſolebãt. Ex quo patet/ꝙ a
prima cõiugatione pręteritũ terminatꝛ in aui/ ſupinũ
in atum: deriuatiua in ator atio. Quę autẽ in ui diui
ſas/a tertia ſumptũ eſt: q̄uis vt plurimũ in ꝓma cõiu
gatione declinentꝛ. Eſt autẽ domare: quaſi ſub domo
⁊ poteſtate/vel mea/vel alicui⁹ facere ſiue mãſueface
re ⁊ domeſticũ reddere. Uñ equoꝝ domitores dicũ/
tur ⁊ domiti atq; indomiti eq̇. Indomitę gẽtes fero/
ces. Per tranſlationẽ domare ſignificat vincere: a q̄
domitos hoſtes dicim⁹: id eſt victos ⁊ domitos po/
pulos i poteſtatẽ redactos. Hic cõponitꝛ ꝑdomo pe
nul. cor. qđ eſt valde domo vel ad finẽ domo. Iuſti.
li. j. Terminos vſq; libyę ꝑdomuit.

Domitura rę. domandi actus. Pli. Domitura boũ in
trimatu optima. Col. lib. vij. Curandũ ne in domitu
ra bos calce aut cornu quẽq; cõtingat.

Domitalis: aptus ad domandũ.

Dominus a domo fit: et is proprie dicitur qui domuꝭ
pręeſt/et qui domus imperiũ habet. Itẽ domini ap/
pellatio ad eos extenditur: qui rei alicuius proprie/
tatẽ habent: etiã ſi vſuſfructus alienus ſit. Abuſiue
tamen et filijfamilias et cęteri liberi qui in poteſtate
ſunt/⁊ vſufructuarij dñi dicuntur. Itẽ dominus vo/
catꝛ cui ſeruitur: ⁊ cui populi ſubſunt. Uirg. Roma/

nos rerū dominos. Hinc dominiū ꝓ imperio et vita dominoꝝ. Rurſus dominus dicit̄ maritus. Idē lib. iiij. Cōnubia noſtra repulit: ac dominū enea in regna recepit. Itē mulierū amator/ ⁊ dña ꝓ amica ſeu amāte dicit̄. Ouidi⁹. Nec tibi ſub dño eſt pyrrhe puella ſuo. Et iterum. Nam furor in dominā temeraria brachia mouit. Itē ponit̄ ꝓ ↄuiuij exhibitore. Var. Aut dominū aut vinū: aut aliud quid laudato. Dominus quoq; et dña ſumi ſolent ꝓ deo ac dea. Oui. Et dño ſoluere vota ioui. A Dñs fiunt deriuatiua: dominicus/ domitius ⁊ domitianus.

Dominor aris. imperium gero. Et mō genitiuū regit. Hiero. in Eccleſiaſtico. Et dominatus eſt beſtiarum. Mō datiuū. Virgilius. Victis dominabitur argis. Mō accuſatiuū: cum in Ouid. lib. j. Metam̄. Et ꝙ dominari in cetera poſſet/ natus hō. Cice. Felix ſenectus ſi vſq; ad vltimū ſpiritū domiabit̄ i ſuos. Mō ablatiuū ſimiliter cū in. Ser. ſulp. Ciceroni. Quū caſus ⁊ natura in bonis dominat̄. Virg. li. ij. Incenſa danai dominant̄ in vrbe. Inde fit dominatio: imperiū: ⁊ Dominatus/ principatus.

Dona ſunt/ que aut propiciandis dijs dantur/ aut hominibus ꝓ beneſactis: que nulla neceſſitate iuris/ ſed ſpōte preſtant̄. Ouid. Munera (crede mihi) placāt homineſq; deoſq;. Placat̄ donis Iuppiter ipſe dat̄. Aliquando donū dicit̄ de rebus ꝑniciosis. Virgili⁹. Quas illi philomela dapes: que dona pararit. Donū honorarium: id eſt qđ dat̄ patrono. λεγεϊαι καί Δωραρ ειση dorium.

Dono as. vnde donatio: quam Vlpi. dici ꝓprie exiſtimat: cū quis ea mente dat/ vt ſtatim velit accipientis fieri: nec vllo caſu ad ſe reuerti: ⁊ ꝓpter nullā aliā cauſam facit ꝙ vt liberalitatē ⁊ munificētiā exerceat. Or ſi ſub cōditione fiat/ nō eſt vera donatio. Et dicimus: Dono tibi munus: et dono te munere. Donare ciuitate ē efficere ciues: ⁊ iura ciuiū dare. Hui⁹ verbi cōpoſita ſunt: Cōdono: quod quādoq; ꝓ ſimplici ponitur. Quādoq; ſignificat quicq; ad alio ꝑ petitionem do: et quādoq; ignoſco. Teren. in Phor. Argentum quod habes cōdonamus tibi. Sal. Haud facile alterius libidini malefacta condonabā. Redono ponit̄ pro ſimplici. Aug⁹. Redona qđ rogamus: excuſa qđ timemus. Et habent pe. pro.

Donatus dicit̄ cui aliquid dono datū eſt. Cuius cōtrariū eſt indonaatus. Virg. Nemo ex hoc numero mihi nō donatus abibit.

Donaria: loca vbi reponunt̄ dona que deo offeruntur. Abuſiue ipſa templa. Virg. lib. iij. Geor. Tempore nō alio dicunt regionib⁹ illis Queſitas ad ſacra boues iunonis et vris Imparib⁹ ductos alta ad donaria currus. Gel. lib. ij. Vbi reponi ſolerent vetera q̄ ex eo templo collapſa eſſent: et alia quedā religioſe donarijs conſecrata. Apul. Ibi donarium dee perq; opulentū plurima auri ⁊ argēti ratio in lācibus/ ſpectaculis/ poculis/ ⁊ hmōi vtēſilibus. Quod eſt cōtra Lau. Vallā: qui Seruiū culpat. Aliqñ donaria dicūtur ipſa dona. Vnde Spartianus ſcribit Antoninū dediſſe populo cōgiariū/ et militibus donariū. Hiero. ſup Ioel. Veſpaſian⁹ et Tit⁹ Rome tēplo pacis edificato: vaſa tēpli hieroſolymitani/ et vniuerſa donaria in delubro illius cōſecrarunt.

Donatiu⁹: q̄ donare pōt. Paulus iuriſcō. Si duobus debitorib⁹ mortis cauſa donatiuus creditor vni acceptū tulit ⁊ ↄualuerit: eligere pōt vtri cōdicat.

Donatiuū munus: qđ a ꝑncipe vel imꝑatore donatur. Aug⁹. Magnū quippe donatiuū ſuis militib⁹ attulit quo eos nō ſolū copioſe ditauit/ ſed etiā ad certandū inuictiſſime cōfortauit.

Donatice corone dicebantur quibus veteres in ludis vtebantur.

Donec aduerbiū: modo tempus finitum deſignat: vt Dormiā donec exciter ab aliquo. Mō infinitum: vt apud Apoſtolū. Oportet illū regnare/ donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nunquid tādiu regnaturus/ donec incipiant eſſe ſub pedibus ei⁹ inimici: et poſtq; fuerint ſub pedibus/ tūc regnare deſiſtet? cū vtiq; tunc magis regnare incipiet: cum inimici ceperint eſſe ſub pedibus eius? Et in Pſal. Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe ſue: ita oculi noſtri ad dominū deū noſtrū: donec miſereat̄ noſtri. Ergo tādiu oculos habebit ad deū donec miſericordiā īpetret: et poſtq; impetrauerit: oculos torquebit ad terras? cū alibi dicat. Oculi mei defecerūt in ſalutare tuum? Iungit̄ aūt donec tā indicatiuo q; ſubiūctiuo: cum ſignificat tēpus finitū: vt Seruiā tibi donec viuo. i. q; diu viuo. Seruiā tibi donec moriar. i. vſq; ad mortē.

Donyſa: inſula eſt i mari egeo.

Dorcas: adis: anial dama ſeu caprea: ab eo ꝙ acute videat: hoc eſt απο Του οξεωσ Δερκειν

Dormio is. verbū abſolutū: q̄uis actm̄ quādoq; habeat. Amb. lib. j. offic. Soporē quietis habere nō poſſunt quē ille dormiuit qui reſurrexit. Huius cōpoſita ſunt: addormio/ a quo abdormiſco: quod eſt cōtrariū verbi Expergiſcor. Sue. de Clau. Et quotiens poſt cibū addormiſceret quod ei fere accidebat: olearū ac palmularū oſſibus inceſſebatur. Obdormio: qđ mō dormio: mō ſoporor ſignificat. Predormio: antedormio. Redormio: euigilo. Pli. In redormitiōe varia fuiſſe ſomnia apparet.

Dormito tas. penul. ꝓduc. frequentatiuū eſt: q̄uis dīminutionē ſignificati quādoq; habeat. Hora. Quandoq; bonus dormitat homerus. Et in pſalmo. Ecce nō dormitabit neq; dormiet.

Dorſum ⁊ dorſus us. ſm Probū: dicitur tota poſterior pars: ꝙ ea pars corporis deuexa ſit deorſum. Hiero. in Ezech. Inter veſtibulū ⁊ altare quaſi. xxxv. viri dorſa habentes contra templū: deinde ⁊ faciem ad orientē. Eſt em̄ tergū qđ nō ſolū dicit̄ de hominibus ceteriſq; aialibus/ ſed etiā de inanimatis: vt de littoribus/ aquis/ mōtibus/ ⁊ hmōi. Vir. Dorſum īmane mari ſūmo. Idē. Nāq; inflicta vadis dorſo dū pēdet iniquo. Significat em̄ duriorē arenā: vt inquit Ser. que remeātibus fluctibus ⁊ euntibus dēſat̄: quod a nautis puluinus vocat̄.

Dorſualia tegumēta quib⁹ equi et boues tegunt̄. Iul. capi. Proceſſerūt cēteni albi boues cornib⁹ auro iugatis/ ⁊ dorſualib⁹ apricis diſcolorib⁹ ꝑfulgētes.

Dorſuari⁹ a. um. qđ dorſo aliqđ fert. Var. Greges fiūt fere mercatoꝝ ⁊ eoꝝ q̄ e brūduſio aut Apulia aſellis dorſuarijs cōportāt ad mare oleū aut vinum.

Doris nympha quedā maris Oceani ⁊ Tethyos filia quā Nereo fratri vxorē dedit. Et interp̄tat̄ amaritudo. Vſi ⁊ a poetis ponit̄ ꝓ mari. Virg. i Gallo. Doris amara ſuā nō intermiſceat vndā.

Doriſcus: vrbs littoralis thracie fere ex oppoſito ad ſamothracā ⁊ a dori nympha: hoc eſt dea mariū noiat̄ Iuxta hāc Herodoto teſte campus ē magn⁹ eiuſdē ꝑ quē Hebrus amnis defluit.

Doria ⁊ Dorica noīa ſunt partis achaie: q̄ ꝓpinqua eſt Athenis/ dicente Platone lib. iij. legū. Dori ꝓ achiuis mutato nomine appellati ꝓpter doricū: a quo exules reſtituti fuerunt. Ser. ſo ſuper. ij. Aene. Dorica inquit a Doro neptuni filio dicit̄. Dores ſunt populi dorice iuxta eoliam.

Dory cum y. nomen oppidi pontici: quod apud nos lāceam ſignificat.

Dorycles nomē filij priami: ⁊ interp̄tari pōt lācee gloria: Δορυ lancea vel aſta. κλευσ gloria.

Doryphorus penul. cor. latine ſpiculator vel ſatelles dicitur portans lanceam. Et eſt nomen viri ꝓpriū: de

quõ Quintil.lib.v.Curtiꝰ cognatoꝝ Darij regis tur
bam.xv.M.hominũ fuiſſe muliebriter prope modũ
cultam luxu/magis q̃ decoris armis conſpicuã do/
riphori vocabantur.

Dorophorus:latine dona ferens dicit.

Dorylaus:nomen fluuij in Phrygia.

Dorciũ:nomẽ fȩmine diminutiõis ſiue adulatiõis cau
ſa ſic ꝓlatũ:ab Δωρον:q̃ſi dulce ⁊ amabile donũ.

Dorodocche:nomen ꝓpriũ vxoris Icari.

Dos dicitur/cum datur et accipitur. Niſi enim accipe
retur/dos non eſſet. Et datione et acceptione firmat.
Nec poteſt videri datũ id quod nõ ſit acceptum. Et
nõ ſolũ ea quȩ marito ab vxore dant: ſed etiam quic/
quid alicui datũ eſt/ vel a natura vel ab hominibus.
Unde dotes animi dicunt:prudẽtia/iuſticia/fortitu/
do/⁊ hmõi. Et dotes corpis:pulchritudo/robur/inco/
lumitas/⁊ his ſimilia.

Dotale:quod dotẽ ptinet:ſiue qđ vulgo dicit ꝑ dotẽ.
Unde dotalia bona/dotales fundi. Plau.i Aſi. Do/
talem ſeruũ Saureã vxor tua adduxit:cui plꝰ i manu
ſit q̃ tibi. Idem in mili. Naſce ȩdis dias dotales tu/
as. Li. Nȩc tibi a me dotalia dona accedent.

Doto tas.dotẽ do. Hiero.in Exo. Dotabit eam:⁊ hõ
habebit eã in vxorẽ. Unde dotatũ hominẽ dicimus:
qui dotẽ habet:et indotatũ/qui dotẽ nõ habet. Plau
tus in Aſin. Hȩ ſunt atq̃ aliȩ multȩ in magnis doti/
bus incõmoditates ſumptuſq̃ intolerabiles. Nã q̃
indocata eſt/ea in poteſtate eſt viri. Dotate mactant
⁊ damno ⁊ malo viros.

Doxa latine:maieſtas ⁊ opinio dicit. Unde ⁊ parado
xa:q̃ admiratiõe digna ſunt:⁊ opinionem hoĩm ſupe
rant. Interdũ dicit gloria. Unde Eudoxa vera glo/
ria:vel potius ꝑter opinionẽ.

D Ante R

Drachma:genus ponderis ex.xviij. ſiliquis:id ẽ tribꝰ
ſcrupulis cõſtãs. Eſt et genus nũmiſmatis. Uñ Iul.
pollux. Drachmon athenis nũmiſma qđ etiã bos di
cebat:q: boue ſignatus erat.

Dragma tis. Δραω Το ποιεω ὅθεν Το Δρᾶγμα
οΤι γενεΤαι apud grȩcos dicitur:quod nos rapinã
ſiue manipulũ dicimus.

Drama atis.ſine c.et ſine g.dicitur vt in ſcȩnis agi fa
bula ſolet: vbi diuerſȩ perſonȩ introducunt: et alijs
accedentibus:alijs autẽ diſcedentibꝰ a diuerſis et ad
diuerſos textꝰ narrationis explet/ſicut in Comedijs:
quod genus carminis inquit Hiero.cantari ſolebat.
Unde etiã apud Cantica ſcribit. Ante torũ huiꝰ vir/
ginis frequẽtate nobis dulcia cãtica dramatis. Hinc
Dramaticus ſtilus dicit:qui mixtus nõ eſt:vbi poe/
ta nuſq̃ loquit:vt ſunt Comedíȩ et Tragedíȩ exegy
maticus:in quo ſolus poeta. Mixtus:vbi ꝓmiſcue/
et poeta et perſona.

Draco:genus animalis veneno ſi. Pliniꝰ libro.viij.ſcri
bit veris draconibus ora parua eſſe/ et admodũ non
dehiſcentia:ſed artas fiſtulas per quas trahunt ſpiri
tus:⁊ linguas exerũt. Apud Indos ⁊ ȩthiopas dra/
cones ſunt.xx.cubitoꝝ. Dictus draco a Δερκω. Nã
habet aciẽ peracutã. Dracones etiã dicunt a Pli.li.
viij.ex tortuoſitatũ ſimilitudĩe:palmites emeriti:plu
ribuſq̃ annis indurati.

Dracũculus dimi.ſignificat paruũ draconẽ.

Dracȩna cũ diphthõgo: draconis fȩmina:q̃ ⁊ draca q̃/
q̃ dici poteſt.

Draconiiũ:herba.

Drãgiana ꝓuincia in Aſia maiori. Quã Ptol. ab oc/
caſu et ſeptentrione Aria et bagao monte terminari
ait ab oriente Arachoſia.

Draucus:vide in dictione Pathicus.

Drepanũ pe,cor,ꝓmõtoriũ ſiue vrbs a curuoſitate in
ſtar falc. Δρεπανος enĩ falx dicit. Nõ lõge abeſt ab
Ericȩ mõte trãs lilybeũ. Uel ab eo q̃ ſaturnꝰ ampu
tatis virilibꝰ paternis illuc falcẽ ꝓiecit. Oui.li.de fa/
ſtis. Quiq̃ locꝰ curuȩ noĩa falcis habet.

Dryades:nymphȩ ſiluarũ ab arboribꝰ. Nã apud grȩ/
cos Δρυσ ois arbor dicebat:q̃uis poſt ea ꝓ quercu
vſurpata ſit. Hȩ enĩ ſiluas habitare dicunt.

Dryas:nomẽ ꝓpriũ viri Theſſali amici Neſtoris.

Dryopes:ꝑpli epirotici. De quibꝰ Uirg.lib.iiij. Creteſ
q̃ dryopeſq̃ fremũt pictiq̃ agathyrſi.

Dryjde:dicti ſunt quidã galloꝝ religioſi et ſapientes
a quercubus. Pli.lib.xvj. Nihil habent dryjde. Ita
enĩ galli ſuos appellãt magos. Sue. Diryjdaꝝ religi
onẽ apud gallos dirȩ immanitatis tantũ ciuibus ſub
auguſto interdictã Claudius imperator quintꝰ peni/
tus aboleuit. Suidas. Δρυιδαι παρα γαλαΤαισ
οιφιλοσ οφοι και σεμνόθεοι.

Drylon:fluuius dalmatiȩ:qui per mediam myſiã per/
gens/in Danubiũ influit.

Dromos latine curſus. Et accipit nõ ſolũ ꝓ actu currẽ
di/ſed etiã ꝓ loco vbi currit/Sue.in Nero. Elephã
to ſupſedẽs peragratũ dromoꝝ decucurrit.

Dromedarius:aĩal a currẽdi velocitate dictũ.

D Ante U

Dubius dicit q̃ duas vias habeat:⁊ vtrã eligat neſci/
ens:ſicut ambiguũ/qđ in ambas agi ptes poſſit. Ci.
lib.j.ad Heren. Dubiũ genus eſt/cũ habet in ſe cau
ſã ⁊ honeſtatis ⁊ turpitudinis partẽ.

Dubio as.in dubio ſum. Plau. Dubiat quid agat.

Dubito tas.idẽ quod dubio: Cuiꝰ compoſita ſunt Ad
dubito:quod eſt etiã vel ad aliquid dubito. Li.lib.ij.
Proditoribus extemplo in vincula cõiectis delega/
tus paululũ addubitatũ eſt. Cic. Cecine. Habes au/
guriũ meũ:quo ſi quid addubitarẽ:nõ potius vterer
q̃ illa cõſolatione. Subdubito:paꝝ dubito. Idẽ Ce/
lio. Nȩc eo pluribus ſcripſi/q̃ mihi ſignificabant lit
terȩ tuȩ ſubdubitare qua eſſem erga illum volũtate.
A dubio fiunt Dubitatio ⁊ dubietas. Aduerbia du
bitanter/qđ eſt a dubitãs:⁊ dubitatim a dubitatꝰ. Ce
cil. Imperator clamat de medio: vt velites a ſiniſtro
cornu remoueãt:⁊ gallis nõ dubitãter immittãt. Si
ſcen. Qđ hoſtẽ nõ dubitatim cũ pluteis ⁊ ſcalis iter
facere cernebat.

Duco cis.xi.tum.proprie ducimus volentes:trahimꝰ
inuitos. Seneca. Fata volentẽ ducũt:nolentem tra/
hunt. Quãdoq̃ ducere ſignificat reſpicere/iudicare/
exiſtimare. Cic. Ego ſi mei cõmodi rationẽ ducerẽ:te
mecũ eſſe maxime vellẽ. Uirgil.lib.x. Tanton me cri
mine dignum duxiſti. Quandoq̃ [illegible]/allicere/et
delectatione quadã demulcere. [illegible]ce.in ver.ac.ij. Si
quis honore aut gloria ducit. Q[illegible]q̃ voluere/pertra
ctare. Uirgil.libro.vj. Sic equide ducebã aio:rebar
q̃ futuꝝ. Qñq̃ nudare/educere. Idem libro.xij. Ille
tamen clypeo obiecto cõuerſus in hoſtẽ Ibat: et au/
xiliũ ducto mucrone petebat. Qñq̃ cõtrahere. Idẽ.
Aſtrũ quo ſegetes gauderẽt frugibus:et quo Duce/
ret apricis in collibꝰ vua colorẽ. Qñq̃ agere ſeu pa/
ti. Idem. Nate dea potes hoc ſub caſu ducere ſom/
nos. Quandoq̃ ſtruere/ erigere. Idẽ. Pars ducere
muros/moliriq̃ arcẽ. Qñq̃ auertere ſiue cõtrahere.
Mar. Qui ducis vultus ⁊ nõ legis iſta libẽter. Qñ/
q̃ in longũ ꝓtrahere. Cic.ad Cȩſarẽ iuniorẽ libro.j.
Ne res duceret:fecimꝰ vt Hercules antiariꝰ in aliũ
locũ trãſferret. Qñq̃ dimittere/deſcẽdere. Plau.in
Aul. Ubi ille abit/ego me duco ab arbore. Quãdo/
q̃ gerere. Uirg.lib.viij. Hi bellũ aſſidue ducunt cũ
gẽte latina. Qñq̃ ad ſepulturã efferre. Perſiꝰ. Ne/
rio iã tertia ducit vxor. Quandoq̃ ad ſupplicium du/
cere:vt apud Curtium ait Hermolaus ad Alexan/